Supraſcriptum actorem vocatum et non Comparentem in ter-
mino primo in pœna contumaciæ admittente judicio
præsenti judicialiter Condemnavit.

Rÿchlowski famuli Tremaczki Dillatio

In Causa actione judiciaria Coram præsenti Capli
Castren. Lublinen. judicio per Nobilem Joannem Rÿ-
chlowskÿ famulum Generosi Joannis Tremaczki una cum
assistentia in quantum de iuribus est Domini sui Actorem
constituta Nobili Theophilo Karmanowskÿ tanquam
impossonato Cittatione literali Capitaneali Castren.
Lublinen. secundo post obtentam pœnam Contumaciæ
edita Cittato ideo quia ipse actori eodem judicii
Domini sui ab eodem actore sibi mutuo in vim resti-
tutionis datos unum librum videlicet de Herbis et me-
dicamentis Conscriptum alias Herbarz Zielny, valoris De-
cem florenorum, Alterum vero editionis olim Wiko Docto-
ris etiam de medicamentis, valoris decem florenorum
Tertium vero Catechismum Polonico Idiomate Con-
scriptum valoris Duodecim florenorum, quartum Biblia
Latino Idiomate edita valoris viginti florenorum prout
promisit, pollicitusque est non reddidit, nec hucusque ad
requisitionem actoris multoties monitus restituere Curat
Cittatione ipsa lata. Ducentarum marcarum pœnam
Commonis et totidem damni in se Continen. de præmissis
omnibus latiore. In termino hodierno peremptorio
in diem præsentem ex eadem Cittatione termino inciden. et pro-
venien. Partibus Actore per Generosum Stanislaum Rÿb-
czowskÿ plenipotentem suum Cittato vero per se perso-
naliter Comparen. et terminum attentan. Judicium
præsens Capitaneale Castren. Lublinen. ad affectationem
plenipotentis Actoris eidem iuridicam Dillacionem
ad munimenta Causæ necessaria, sive ad terminos
judiciorum in Castro Lublinen. proxime et immediate
celebrandos dedit et concessit, terminumque iisdem partibus
peremptorium in eisdem terminis judiciorum actori
ad satisfaciendum dillacioni suæ Cittato vero ad atten-
tandum illam ulteriusque ea in causa iure procedendum

Conservavit

conservavit et praefixit. decreti praesentis vigore.

Inter Galęzowski et Abbatissam Cracovien. ac Iwanowski. Motio

Proposuit iudicialiter Coram praesenti Capitaneali Castren. Lublinen. Iudicio Instigator officii praesentis Capitlis Castren. Lublinen. Cum suo delatore Nobili Melchiore Galezowski actorea et iurevincentis partis. Contra infrascriptos Citatos Cittone Capitaneali Castren. Lublin. tenoris talis:

Ioannes Firlej de Dombrowica Lublinen. etc. Capitaneus. Tibi Religiosae Susannae Warszewska ac toti Communitati Monasterii seu claustri Sancti Andreae intermuros Cracovien. Cracoviae sitti atque Generoso Nicolao Iwanowski bonorum villae Mnischek tenutario de bonis tuis omnibus Mandamus vigore Regio et nro Capli ex officio ut coram nobis seu iudicio nro Capli Castren. Lublinen. in Terminis iudicialibus feria secunda post festum Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae proxime ventura in Castro Lublinen. cellebrandis, vel iis deficien. tandem in proxime venturis. Ad instantiam Instigatoris officii nri tum et Nobilis Melchioris Galezowski personaliter peremptorieque Comparatis. Qui vos citat ad damnien. et de Regno Poloniae dominiisque eidem annexis proscribendum ideo quia vos existentes convicti in causa occ. ne per vos actore Laborisorum Mathiae Mazur et Ioannis Mazurek Cmethonum ac subditorum actoris praedictorum, una cum uxoribus, pecoribus pecoribus pecuniariis, ac tota suppellectili domestica de bonis villarum Galezow ad bona cittorum villae Borow profugorum non extraditionis taxae Mille marcarum polonicalium in se continen. processu causae istius latius contin. Rei iudicatae non vultis satisfacere neque exnationem vram de bonis

vris